



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Cur in bona terra, mala bonis misceantur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

hominibus, & perniciosas. Homines Deo molesti esse non verentur, & molestia ipsi nulla volunt affici? Nec enim sine causa. *Ma. 7. 13.* Isaias ait: *Nunquid parū vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo?* Illud itaq; magis mirandum est, tā insana homines esse audacia, vt Deo molesti esse non vereantur; quem vel in minimis bestiolis experiuntur, tam multa, immò innumera habere instrumenta, per quę injurias suas de nobis vlciscatur. Tūc, contra omnipotentem, superbis, Pharaō? Tu Elifēum irrides, pusille, qui prętextam nondum posuisti? Tu calo minaris Nabuchodonosor? Tu rapinis, cędibus, adulterijs, odijs inueteratis, blasphemijs, contumelijs ad iram prouocas Dominum Vniuersi, miserande peccator? O quantis te periculis, quanto aduersarij obijcis? Non sustinebis, si vel muscam contra te excitet, qui contra te potest omnes armare creaturas. Si te erigis, tot aduersus te habiturus est aduocatos, tot procuratores, tot pugnatores, quot sunt in aere volucres, in mari pisces, animalia in terris. Quid tumes, o stulte? culex potest esse carnifex tuis. Quid te effers, Pharisęe? musca potest te occidere. Quid te jactas, Thralis crabronem aut vespam non potes pati circa aures tuas sonantem; quo modo fremitus Inferni, & Auernales belluas, in Ortu sustinebis?

C A P V T XVI.

Quam bonam Deus suis, & in Ægypto, & in Palestina, terram assignarit seruis?

I. **T**Errę spinas & tribulos, noxiąsque homini ē Paradiso exulanti bestias parientis, aut alentis incommoda, vel non esse tanta, quanta rudes fingunt, vel justis de causis euenire, dixi vsque, superque, quā satis est. Restat, vt de terra ipsa disseramus. Quam sanē, sicut omnia Conditoris nostri opera, bonam esse, nemo dubitat, nisi malus. Nam pręter ea, quę suprā commemorauimus, multa alia beneficia illius expendant, qui Cyceonem ebiberunt, & ex cista Cereris sumplerunt, vt dici solet; hoc est, qui illotis manibus & pedibus ad hæc facta non veniunt. Equidem cūm terram non vbique sibi similem, sed alibi siccam & arenosam, alibi irriguam; & (sicut in corpore animalis

animalis alibi carnem, ossa alibi) esse alibi mollem, alibi lapidofam oporteat; hinc non omnis fert omnia tellus. Est itaque vna fertilior, feliciorque, quam altera. Sed non perinde vtile est, homines ac agros discriminare. Viuunt passim mali & scabris faxis cadendi, permixti bonis, & bona terra dignis; vt hi ab illis accipiant patientiæ ac virtutis occasionem. Non igitur debent terris separari; sed sapientissimè, & iustus Iob in terra Hus, & odio dignus Esau in fertili solo Chanaan permittitur habitare. Quippe & mali in loco bono, mali; & boni, in loco malo, boni esse possunt. Hæc est bonitas Dei, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Quia mala malis sunt, in admonitionem, bonis in ansam merendi: bona autem bonis in stimulum; malis in præmium; qui, si quid boni gerunt, in hac vita, accipiunt mercedem, sicut Abraham de epulone affirmavit. Quæ idcirco memori mente tenenda sunt, ne quis offendatur, si vider aut sterilem iusti agrum, aut fertilem impij glebam.

Quanquam, vbi res fert, neq; in hoc suorum obliuiscatur, caelestis Pater. Et quædam est Paradisi imago, si homines cum locorum amœnitate consentiant. Hac de causa, quisquis alteri optime vult, in optimo quoq; eum vult esse loco. Amauerat Iosephum, & Iosephi causa patrem ac fratres eius. Dixit itaq; rex ad Ioseph: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. Terra Egypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen. Ioseph vero patri & fratribus suis dedit possessionem in Egypto, in optimo terra loco, Rameesses, vt præceperat Pharaon. Quod peculiari Dei erga Israëlas cura factum sacra monstrat historia, cum fratribus suis dixerit Ioseph: Pro salute vestra misit me Deus ante vos in Egyptum. Biennium enim est, quod cepit fames esse in terra: & adhuc quinq; anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. Præmisitq; me Deus, vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. Dum ergo cogitaret scelerum summus vindex, fame plectere mortales reliquos, quodammodo sollicitus fuit de seruis suis; certè terram illis prospexit, in qua, ceteris alibi inedia pereuntibus, alerentur; & quidem terram optimam.

Quod postea longè apparuit manifestius, quando in eadem

D d 2 terra

Matth 5. 45.

Matth. 6. 2. 8.

16.

Luc. 16. 25.

II.

Gen. 47. 5.

Gen. 45. 5.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.